

nasi), vel periculum in executione facere possit; alias non impediuntur. Hæc autem integritas exigitur de necessitate præcepti, sed non de necessitate Sacramenti.» (Div. Thom., in *Supplem.*, 3.^o p., q. 39, art. 6.)

En el núm. 412 continúa San Ligorio expresando los defectos corporales que causan irregularidad, y dice así: «Monstruosi, nempe, qui gibbam habent valde enormem, nimirum (ut docent Anaclet., etc.), si gibbositas sit conjuncta cum nimia deformitate vel debilitate, prout si nequeat recto capite stare. Item pigmæi siye nani, nempe, ita breves statura, ut ad risum moveant, præsertim si habeant caput valde ingens, ut Tamb. cum Sayr. et aliis; vel (ut ait Laym.) illi qui ita statura parvi sunt, ut brachia extendere non possint quatenus necesse est ad altaris ministerium. Item æthiopes, qui apud nos risum afferrent, ut Tourn. et Ugolin.; quamvis hoc negant Majol. et Gavant.»

El docto P. Corominas, en el tomo 1, en el que hizo anotaciones á las *Instituciones Canónicas* de Juan Devoti, publicado en Manila en 1871, hablando de los negros, dice lo bastante para ilustrar algún tanto esta materia. En la pág. 462 pone las siguientes palabras:

«De nigris, utrum ob colorem considerari debeant irregulares, disputatur juxta Montenegro, *Itiner.*, lib. 3, tract. VIII, sect. 4, num. 6, qui ait: «En estas partes, donde hay tantos, y algunos con oficios de capitanes y otros militares oficios, no causan ningún horror, mas antes se han visto algunos que, siendo sacerdotes, causaron gran devoción al pueblo.» «Utrum hoc, quod dicit Montenegro, possit nunc Americæ applicari, ignoramus: nigris harum insularum applicari nunc non posse credimus, licet P. Murillo, in tit. *De corp. vit. ord. vel non* (num. 271), dicat: «Et in his Indiarum regnis... et Malabares et

Camarines, qui sunt nigri, in sacerdotibus promoventur, ut quotidie in his insulis videmus. Nunc nec Malabares nec Camarines inter nos inveniuntur; et quod nigri, qui *aetas* vel simili vocabulo notantur, quorum tribus nomadam vitam ducunt, ordinantur, non vidi: ego illos irregulares judico.» (Habla de las islas Filipinas.)

San Ligorio, en el citado núm. 412, continúa, y dice así:

«Color autem subfuscus sive rubeus non nocet altari, ut idem Ugolin., Filiuc., etc. *Sunt irregulares hermaphroditi*, etiamsi in eis prævaleat sexus virilis; ut Suar., Navar., etc. Dicunt tamen Tolet. et Escob. cum Cornej., contra Conc., quod hic defectus tunc parit irregularitatem, quando est notus, non vero quando est occultus.»

3411. En el núm. 413 hace San Ligorio dos advertencias:

«1.^o Quod si aliquis ex præfatis defectibus corporis superveniat ordinibus jam susceptis, sacerdos non impeditur ab actibus illius ordinis quos potest exercere sine incongruitate et indecentia; ita ut sacerdos cæcus aut claudus bene potest excipere confessiones, canere evangelium, etc., ex cap. 7, *De cleric. ægrot.*, ubi: *Ipsium autem fungi ceteris sacerdotalibus officiis minime prohibemus.*»

La 2.^a: «Quod si vero talis defectus ante ordines adveniat, absolute inducit irregularitatem, non solum ad illum ordinem cujus exercitium impedit, sed ad omnes alios; ut communiter docent Navar., Pal., Salmant., etc. Ratio, quia, cum omnes ordines sacerdotium respiciant, exclusus a sacerdotio censetur etiam ab omnibus ordinibus repulsus.»

3412. En el núm. 414 dice San Ligorio: «In hac autem irregularitate proveniente ex defectu solus Papa potest dispensare, v. gr., ut cæcus ordinetur. Feruntque Filiuc., Tamburini, etc., quemdam Papam dispen-

sasse cum cæco ut, adhibito adjutore perito, celebraret. Ceterum Sacra Congregatio, ut refert P. Zacharias, censuit bene posse dispensari cum cæco, etiam ex utroque oculo, qui jam sit sacerdos, ut celebret cum assistentia alterius sacerdotis. Secus vero si laicus, pro quo dicit non esse consulendum Pontificem pro dispensatione ad primam tonsuram, nec etiam ad recipiendum beneficium simplex. Censet pariter Tamb. posse Papam dispensare ad sacerdotium cum eo qui caret manibus, ut possit saltem excipere confessiones, conciones habere, etc. Sed verius hoc negat Avila, quia potestas supra corpus mysticum fundatur in potestate supra corpus reale Christi: unde qui ineptus est ad primam, incapax est secundæ.»

En cuanto á los que pueden dispensar de esta irregularidad, que proviene de algún defecto del cuerpo contraído sin culpa moral del que le padece, dice San Ligorio á continuación en el mismo núm. 414:

«Prælati autem regulares bene etiam possunt dispensare in hujusmodi irregularitate, non autem Episcopi (ut diximus num. 400), qui tantum in dubio an defectus corporis notabiliter impediatur exercitium ordinis, vel an magnam afferat indecentiam, possunt declarare sive judicare. ut communiter docent Navar., Suarez, etc.»

Después pregunta San Ligorio: supuesto que los Obispos tienen la facultad de declarar, en caso de duda, si el defecto del cuerpo causa irregularidad ó no, cuando se trata de ordenandos seculares, ¿tienen los prelados regulares el mismo privilegio respecto de los religiosos súbditos suyos para declarar si el defecto corporal que padecen induce irregularidad?

San Ligorio responde del modo siguiente: «Negant Barbosa et Diana cum Rodriguez, Henr. et Camp. Sed

valde probabiliter affirmant Busemb., Suar., Laym., Salmant., cum Avil. et Pelliz., et probabile putat Diana cum Peyr., Miranda et Avila. Ratio, quia prælati regulares respectu ad suos habent jurisdictionem episcopalem, ad quam tale iudicium magis pertinet quam ad characterem. Recte vero ait Suar., posse Episcopum ordinantem admittere vel rejicere talem ordinandum.»

3413. En el núm. 415 trata San Ligorio de los que tienen algún defecto corporal que pueda causar irregularidad, y que proviene de culpa del que lo tiene (porque hasta aquí se ha tratado de los defectos corporales contraídos sin culpa propia), y el Santo dice así:

«Si vero defectus advenit ex eorum culpa, puta, si quis membrum vel ejus partem sibi amputaret ex prava intentione, ipsi fiunt irregulares, etiamsi defectus non impediatur exercitium ordinis, nec deformitatem afferat; quia irregularitas hæc imposita est in pœnam sævitiei in semetipsum: unde in cap. *Qui partem* 6.^o, dist. 55, ut diximus num. 365 in fine, declaratur irregularis *qui partem cujuslibet digiti sibi ipsi volens abscindit*. Ad hanc tamen irregularitatem incurrendam requiritur culpa gravis, ut bene ait Tamb.; alias tanta pœna non haberet debitam cum culpa proportionem. Alii præterea requirunt ut tale crimen sit notorium; ut Suar., Bonac. et alii. *Sed verius* hoc negant Pal., Salmant., cum Garcia, Tamb., Mol.; quia talis irregularitas non innitur notorietati culpæ, sed crimini sævitiei quam quis in seipsum exercet. Recte tamen ait Tambur. quod Episcopus, ex cap. *Liceat* 6, Trid., sess. 24, poterit cum illo dispensare, si crimen sit occultum, adhuc si defectus membri sit patens; nam Concilium univ. concedit Episcopis facultatem dispensandi in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus.»

Después pregunta San Ligorio (número 416): «Quid dicendum de eunuchis?» Y da la siguiente respuesta: «Qui est eunuchus propter abscissionem virilium aut testiculorum, factam à medicis causa morbi, vel ante usum rationis, vel propter injuriam alterius, hic non est irregularis, ut communiter cum Busemb. dicunt Salmant., etc.; idemque patet ex cap. *Si quis à medicis* 7, et cap. 8 ac 9, dist. 55. E converso, qui ex ira aut zelo indiscreto servandæ castitatis abscindit sibi virilia aut testiculos, certe fit irregularis, ut habetur in cap. *Si quis* 4, dist. 55, ubi dicitur: «Si quis abscindit semetipsum, id est, si amputavit sibi virilia, non fiat clericus.» Et in cap. *Hi qui* 5, ead. dist., ibi: «Hi qui se carnali vitio repugnare nescientes abscindunt, ad clerum pervenire non possunt.» Item in cap. *Si quis* 7, ibid., dicitur: «Nullum debere promoveri de his qui hanc rem affectant, audentque semetipsos abscindere.» Et idem communiter docent doctores de eo qui propter eadem motiva permittit ab alio amputari, ut dicunt Tamb., num. 13, et Salmant., num. 69, utque infertur ex cap. *Si quis* 9, dist. 55.»

Después pregunta San Ligorio (número 417): «Quid vero si quis causam dederit tali abscissioni, sed absque suo consensu; prout cum aliquis, accedendo ad conjugatam, dat causam ut a marito virilia sibi abscindantur? Suarez et Bonacina censent hunc esse irregularem. Sed valde probabiliter negant Tolet., Tamb., Conc., Gibal., Hurt. et Pal. cum Garcia, etc. Ratio, quia (ut sæpe dictum est) irregularitas, ut incuratur, debet esse expressa in jure; nullibi autem habetur quod ille qui abscissioni causam dedit, et sine suo consensu abscissus est, fiat irregularis: verba enim illa textus in cap. 7, ut supra, *rem hanc affectant*, idem significant (ut cuique patet) ac appetere sive exquirere; qui autem adulterium vult, etiamsi ab-

scissionem præviderit, eam non appetit nec exquirat.»

3414. En el núm. 418 dice San Ligorio: «Præterea dicunt Pal., et probabile putant Tamb. et Pelliz., apud Salmant. (qui huic sententiæ videntur adhærere), contra Suar., Mol. et Sayr. apud Dian., quod si quis amputet sibi testiculos vel amputari sibi faciat ob vocem conservandam, non fit irregularis; cum id non faciat ex indignatione, aut zelo indiscreto castitatis, ut requiritur ad hanc irregularitatem incurrandam in dict. cap. *Qui partem* 6, et cap. *Si quis* 9, dist. 55. Tanto magis, quod textus præfati tantum loquuntur de amputante sibi virilia, non autem testiculos.»

En el núm. 419 dice San Ligorio: «Item recte ait Tambur. quod si quis attentet se occidere, aut mutilare, non est irregularis; illud enim affectant in dicto can. *Hi qui* 5, intelligitur de consensu, effectu sequuto attentationis, ut patet ex contextu. Dicit tamen idem Tamb. cum Cornej. quod si quis attentaret publice se occidere, contraheret irregularitatem ob infamiam.»

3415. La octava y última irregularidad de defecto nace de la infamia. San Ligorio trata de esta irregularidad en el lib. 7, números 363 y 364; la vuelve á tratar en el núm. 454, y el motivo por que la trata en las dos partes es, porque en el primer lugar trata de ella en cuanto la irregularidad nace de infamia por enorme crimen; si bien, como dice el Santo Doctor, la infamia que nace de delito y la que nace de defecto de buena fama, coinciden: «irregularitas enim ob infamiam ex defectu et ex delicto in idem coincidunt» (núm. 454), si bien algunos ponen alguna diferencia.

Como acerca de esta irregularidad están discordes los autores, y la materia es bastante importante, voy á copiar literalmente lo que dice San

Ligorio en los dos lugares citados; porque, además de ser eminente moralista y eminente canonista el Santo Doctor, su doctrina está tan autorizada por las Sagradas Congregaciones y por la Silla Apostólica, que se la puede seguir sin peligro de error. En el núm. 362 transcribe las palabras de Busembau, el cual, hablando de las irregularidades de delito, dice así:

«Quinta, propter enormia crimina, si sint notoria et publica, v. gr., quæ a jure habent annexam infamiam, ut adulterium, raptus, incestus, perjurium in judicio.»

Después añade San Ligorio:

«Hæc irregularitas ex infamia, ut ait Croix (lib. 6, num. 512), potius reducitur ad irregularitatem ex defectu, quam ex delicto, cum infamia non sit aliud quam defectus bonæ famæ. Omnes infames irregulares fiunt, ex cap. *Infames*, caus. 6, q. 1; et hoc intelligitur, sive infamia sit ex jure canonico, sive ex civili; item sive infamia sit juris: sive facti; quamvis Bonac. cum Azor., apud Salmant. (cap. 8, num. 76), dicant infamiam facti inducere quidem irregularitatem ad non suscipiendos ordines, sed non ad ministrandum in susceptis; infamiam vero juris ad utrumque.»

Omito lo demás que pone San Ligorio sobre la irregularidad de defecto que nace de la infamia, remitiéndome á lo que dice el Santo y queda copiado en la cuarta irregularidad de delito *Reus crimine* (desde el número 3353 al 3355).

Para ampliar algún tanto esta materia, se ha de notar que en el día no es fácil discernir quiénes son verdaderamente infames: antiguamente la ley civil declaraba infames á los que cometían ciertos delitos ó ejercían determinados oficios que en el día no se tienen por infames. Esta variación de la ley civil proviene en gran parte de la moralidad que exis-

tía en los pueblos en los tiempos antiguos, comparada con la de nuestros días. Léanse los títulos 5.º y 6.º de la Partida 7.ª, y se verá la delicadeza de los legisladores de aquellos tiempos, especialmente en el tít. 6.º, donde trata de los *enfamados*. En España no hay en el día pena alguna infamante: el Código penal, publicado en 1848, en el art. 33, dice así: «La ley no reconoce pena alguna infamante;» pero, como muy bien dice el docto P. Corominas en el tomo 1 de sus notas á Devoti (pág. 469):

«Et primum quidem, ut optime juniores criminalistæ advertunt, licet legislator notam infamiæ in certis delictis et pœnis non agnoscat, non tamen facere potest ut illa delicta et certæ pœnæ non ferant secum hanc notam oculis populorum, publica opinione sancitam. Vide inter alios dominum Pacheco in *Comment. ad artic. 23, Cod. pœnal. hispan. anni 1848*. Unde non admittendos ad ordines credimus illos, quibus lex civilis talem pœnam imponit quæ naturaliter inhonorationem affert communi judicio, ut quæ inter nos ex Codice pœnali dicuntur *argolla, cadena perpetua*, etc. Hæ enim et similes, seclusa institutione juris, opinione vulgari famam damnati ad illas obscurant: unde secundum regulas prudentiæ, attenda vulgari opinione, saltem ratio naturalis obstavit quominus taliter damnato ministerium ecclesiasticum committatur.»

Respecto de aquellos criminales que por el Código penal están privados de los derechos civiles, es claro que la Iglesia no debe admitir por ministros suyos á los que la sociedad civil declara indignos de oficios seculares, y lo mismo á los que el derecho civil castiga con las penas de inhabilitación, degradación, é interdicción civil; porque si, como muy bien dice el Sr. Pacheco (en el comentario del art. 50 del Código penal de 1848) hablando de la pena de inhabilita-

ción, «el decoro de los cargos públicos exige que no vayan á recaer en ciertas clases de personas, la importancia de las prerrogativas políticas exige á su vez que no se confíen á las que tienen semejantes tachas;» y á continuación, en el comentario del art. 23 del Código penal (número 10), el Sr. Pacheco consigna estas hermosas palabras: «El Código consagra la pena de *argolla*; y, en nuestro juicio, ésta es una de las que infaman por sí. Si pues nuestro juicio es cierto, de nada servirá que el artículo presente diga: *No reconozco como infamante tal pena*; porque el mundo le responderá: tú no puedes despojar á los hechos del carácter que la opinión pública les ha dado en materias que son de su dominio. Lo

que naturalmente deshonor, tú no puedes hacer que deje de deshonor. El uso de esa pena es contrario á lo que estableces y proclamas.»

En vista de todo lo expuesto hasta aquí, sobre la irregularidad de la infamia, se colige que, por más que los Gobiernos civiles quiten la nota de infamia á ciertos delitos, la Iglesia no debe ni puede admitir para ministro suyos á los criminales que la sociedad civil repele como indignos de los cargos públicos de la sociedad.

Por último, debo advertir, con el docto y malogrado P. Corcminas, que «*summa prudentia uti debent prælati ad applicandas has, de quibus loquimur, pœnas effectibus canonicis, si quando ob delicta, quæ politica vocantur, illæ infliguntur.*»

TRATADO TERCERO

Explicación de la constitución APOSTOLICÆ SEDIS.

PIUS, EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI: AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

3416. Apostolicæ Sedis moderationi convenit, quæ salubriter veterum canonum auctoritate constituta sunt, sic retinere, ut, si temporum rerumque mutatio quidpiam esse temperandum prudenti dispensatione suadeat, eadem Apostolica Sedes congruum supremæ suæ potestatis remedium ac providentiam impendat. Quamobrem cum animo nostro jam pridem revolveremus ecclesiasticas censuras, quæ per modum latæ sententiæ, ipsoque facto incurrerent ad

incolumitatem ac disciplinam ipsius Ecclesiæ tutandam, effrenemque improborum licentiam coercendam et emendandam, sancte per singulas ætates indictæ ac promulgatæ sunt, magnum ad numerum semper crevisse; quasdam etiam, temporibus moribusque mutatis, a fine atque causis ob quas impositæ fuerant, vel a pristina utilitate atque opportunitate excidisse; eamque ob rem non infrequentes oriri sive in iis quibus animarum cura commissa est, sive in ipsis fidelibus dubietates, anxietates, angoresque conscientiæ; Nos ejusmodi incommodis occurrere volentes, plenam earundem recensionem fieri, Nobisque proponi jussimus, ut, dili-

genti adhibita consideratione, statueremus quasnam ex illis servare ac retinere oporteret, quas vero moderari, aut abrogare congrueret. Ea igitur recensione peracta, ac Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus in negotiis fidei Generalibus Inquisitoribus per universam christianam rempublicam deputatis in consilium adscitis, reque diu ac mature perpensa, motu proprio, certa scientia, matura deliberatione Nostra, deque Apostolicæ Nostræ potestatis plenitudine, hac perpetuo valitura Constitutione decernimus, ut ex quibuscumque censuris, sive excommunicationis, sive suspensionis, sive interdicti, quæ per modum latæ sententiæ, ipsoque facto incurrerent, hactenus impositæ sunt, non nisi illæ quas in hac ipsa Constitutione inserimus, eoque modo quo inserimus, robur exinde habeant; simul declarantes, easdem non modo ex veterum canonum auctoritate, quatenus cum hac Nostra Constitutione conveniunt, verum etiam ex hac ipsa Constitutione Nostra, non secus ac si primum editæ ab ea fuerint, vim suam prorsus accipere debere.

3417. Excommunicationes latæ sententiæ speciali modo Romano Pontifici reservatæ.

Itaque excommunicationi latæ sententiæ speciali modo Romano Pontifici reservatæ subjacere declaramus:

I

Omnes a christiana fide apostatas, et omnes ac singulos hæreticos, quocumque nomine censeantur, et quocumque sectæ existant, eis que credentes, eorumque receptores, fautores, ac generaliter quoslibet illorum defensores (nota 1.^a).

II

Omnes et singulos scienter legentes sine auctoritate Sedis Apostolicæ libros eorumdem apostatarum et hæ-

reticorum hæresim propugnantes, nec non libros cujusvis auctoris per Apostolicas litteras nominatim prohibitos, eosdemque libros retinentes, imprimentes, et quomodolibet defendentes (2.^a).

III

Schismaticos, et eos qui a Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter se subtrahunt vel recedunt (3.^a).

IV

Omnes et singulos, cujuscumque status, gradus, seu conditionis fuerint, ab ordinationibus seu mandatis Romanorum Pontificum pro tempore existentium ad universale futurum Concilium appellantes, necnon eos, quorum auxilio, consilio, vel favore appellatum fuerit (4.^a).

V

Omnes interficientes, mutilantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios; aut eos a suis diocesis, territoriis, terris, seu dominiis ejicientes; necnon ea mandantes, vel rata habentes, seu præstantes in eis auxilium, consilium, vel favorem (5.^a).

VI

Impedientes directè vel indirectè exercitium jurisdictionis ecclesiasticæ, sive interni, sive externi fori, et ad hoc recurrentes ad forum sæculare, ejusque mandata procurantes, edentes, aut auxilium, consilium, vel favorem præstantes (6.^a).

VII

Cogentes sive directè sive indirectè iudices laicos ad trahendum ad suum tribunal personas ecclesiasticas præter canonicas dispositiones: item eden-